

ETA SIGMA PHI 70th Annual Latin Translation Contest (2020)

Advanced Latin

To be written as an examination, under supervision, within a maximum of two hours. No lexicon or other help is permitted. Please write in ink on every other line of the paper provided. The only identification on the contest papers should be your pen name.

In Sallust's *Bellum Jugurthinum*, the consul and *novus homo* Marius gives a speech condemning the previous mismanagement of the campaign against Jugurtha – complete with archaisms characteristic of Cato's oratory.

Bellum me gerere cum Iugurtha iussistis, quam rem nobilitas aegerrime tulit. Quaeso, reputate cum animis vostris num id mutare melius sit, si quem ex illo globo nobilitatis ad hoc aut aliud tale negotium mittatis, hominem veteris prosapiae ac multarum imaginum et nullius stipendi: scilicet ut in tanta re ignarus omnium trepidet festinet sumat aliquem ex populo monitorem officii sui. Ita plerumque evenit ut quem vos imperare iussistis is sibi imperatorem alium quaerat. Atque ego scio, Quirites, qui, postquam consules facti sunt, et acta maiorum et Graecorum militaria praecepta legere coeperint: praeposteri homines, nam gerere quam fieri tempore posterius, re atque usu prius est. Comparete nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem novom. Quae illi audire aut legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi; quae illi litteris, ea ego militando didici. Nunc vos existumate facta an dicta pluris sint. Contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam; mihi fortuna, illis probra obiectantur. Quamquam ego naturam unam et communem omnium existumo, sed fortissimum quemque [esse] generosissimum. Ac si iam ex patribus Albinus aut Bestiae quaeri posset, mene an illos ex se gigni maluerint, quid responsuros creditis nisi sese liberos quam optimos voluisse? Quod si iure me despiciunt, faciant item maioribus suis, quibus, uti mihi, ex virtute nobilitas coepit. Invident honori meo: ergo invideant labori, innocentiae, periculis etiam meis, quoniam per haec illum cepi.

Vocabulary and Notes:

Line 2	<i>globus, -i m.</i>	band, gang (pejorative)
Line 3	<i>prosapia, -ae f.</i>	lineage (archaic)
	<i>stipendium, -ii n.</i>	military service
Line 4	<i>monitor, -oris m.</i>	advisor, consultant
Line 7	<i>praecepta, -orum n. pl.</i>	lessons; treatises
	<i>praeposteri homines</i>	“men who do everything the wrong way” or “topsy-turvy” (i.e. Marius’ critique of preferring words over deeds)
Lines 7-8	<i>gerere</i>	“action” or “service”
	<i>fieri</i>	“election” (to public office)
Line 8	<i>novom = novum</i>	(N.B. notice archaic forms throughout)
Line 9	<i>litterae -arum f. pl.</i>	literature; or colloquially, “book learning”
Line 11	<i>probrum, -i n.</i>	a shameful or disgraceful act
	<i>obiecto, -are (1)</i>	to oppose
Line 12	<i>generosus -a -um</i>	noble
Line 13	Albinus and Bestia were	unsuccessful and corrupt generals from earlier in the war
	<i>-ne ... maluerint</i>	“... whether they would have preferred ...”
Line 14	<i>faciant item ...</i>	“let them do the same (to) ...”
Line 16	<i>illum sc. honorem</i>	